



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmae Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...

Guilelmus <Peraldus>

Lvgdvni, 1585

Vnde & quomodo oritur superbia, & ex quibus bonis. Capvt XXV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46161](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46161)

qui vocem frangūt ob lasciuiam. ¶ Reprehensibilis est etiam in cantu nimia exaltatio vocis. Sicut faciunt illi qui potius volunt cantare altè, quàm aptè, qui tātum volunt ascendere canando, quàm quandoque frangunt sibi collum spiritualiter: vel quandoque ad literam rumpunt se, quod ex superbia provenit. Superbia enim plus audet, quàm possit. Reprehensibilis est etiam in cantu additio punctorū, vel subtractio: quasi enim quaedā species barbarissimi videtur esse hoc in cantu: sicut in dictione barbarissimi fit ex additione vel subtractione literę, vel syllabę. In cāto etiam non videtur esse nimium approbanda vox falsa, præcipuè in cāto claustraliū. Et mirū est quomodo vox talis tantū placet quibusdam, cum ipsa videatur adeo deformis quod oportet eam de secondu inter alias voces: alioquin non esset decens vel decora.

Vnde & quomodo oritur superbia, & ex quibus bonis.

CAPVT XXV.

Posuimus primam diuisionem superbię, & prosecuti sumus membra eius. Nūc cōsequens est, vt ponamus secundam & prosequamur. Diuisio vero ista sumitur secundū ea ex quibus oritur superbia. ¶ Notandum ergo, quod superbia quandoque oritur ex bonis naturę, quandoque ex bonis fortunę, quandoque ex bonis gratię. Bona verò naturę quaedā sunt corporis, quaedam animę. Corporis sunt ista, sanitas, fortitudo, agilitas, pulchritudo, nobilitas, libertas. Bona vero animę naturalia sunt ista, cōstitudo ingenij & velocitas, memorię bonitas, potestas tolerandi exercitiū spirituale, naturalis dispositio ad virtutes, seu virtus naturalis. Bona vero fortunę, sunt bona exteriora, quę sunt in potestate hominū, quę ab hominibus possunt auferri: vt sunt diuitię, delicię, dignitates, laus seu gloria, & gratia humani. Bona vero gratię sunt scientia & virtutes. Ex istis bonis potest superbia nasci. Superbia enim nascitur ex pulchritudine. Vnde poëta: Fastus inest pulchris, sequiturque superbia formā. Item nascitur ex nobilitate. vnde Sallustius: Commune malum nobilitatis est superbia. Similiter nascitur ex aliis bonis naturę. Item nascitur ex bonis fortunę, sicut ex diuitiis. Vnde Augustinus: Vermis diuitum est superbia. Ecclesia. 40. Facultates & virtutes exaltant cor. Item nascitur ex bonis gratię, vt ex sciētia. Scientia enim inflat, secundum Apostolum 1. ad Corint. 8.

Quod fatuus sit & impius, qui de bonis suis superbit.

CAPVT XXVI.

Primo generaliter ostendemus, quod valde fatuus est & impius, qui de bonis suis superbit. Deinde ostendemus de vno quoque